Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31247
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



qui ipse manet in me et ego in eo Ego sum panis vivus
qui descendi de celo Si quis manducaverit ex hoc pane
vivet in eternum Panis dulcissime sana palatum
cordis mei ut sentiam suavitatem amoris tui Sa
na me ab omni languore ut nullam preter te sentiam
dulcedinem nullum preter te quiam amorem nullam
preter te amem pulcritudinem Panis candidissime
his omne delectamentum et omnem saporem suavita
tis qui nos reficis semper et in te nunquam deficis Co
medat te cor meum ut dulcedine saporis tui reple
antur viscera anime mee Manducet te angelus
pleno ore manducet te peregrinus homo pro modu
lo suo ne deficere possit in via tali recreatus via eo
Panis sancte Panis munde panis pulchrime
qui descendisti de celo et das vitam mundo Veni in
cor meum et munda me ab omni inquinamento
carnis et spiritus Infunde in animam meam et munda me
Sana et sanctifica me intrinsecus et extrinsecus Esto tutamen
et continua salus corpis et anime mee Sepelle me
insidiantes michi hostes secedant pavi apotecia
pacis tue ut foris et intus tua presencione muniatur
te ducente ad te tamquam ad regnum tuum ut veniam
ubi non in mistis sicut in hoc tempore agitur sed
facie ad faciem te videbimus cum tradidis regnum
deo patri et tu deus eris omnia in omnibus Tunc enim
me dere saciabis suavitate mirifica ita ut neque
esuriam neque sitiam amplius in eternum Amen

Domine ihu xpe pastor bone lume
in extinguibile pater totius gre
qui nobis indignis hominibus
tanta gratia dedisti ut extremo mun
dissimo corpore sacemur et tuo pre
ciosissimo sanguine potemur
Exaudi me indignum peccatorem